

32.
DISPUTATIO INAUGURALIS
MEDICO PRACTICA

DE
FEBRE QVARTANA
INTERMITTENTE

QVAM
GRATIOSAE FACVLTATIS CONSENSV
PRAESIDE
CAROLO AVGVSTO à BERGEN
MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.
FAVTORE ET PRAECEPTORE AD VRNAM
COLENDO

DIE X. IVNII MDCCXLIX.

IN
AVDITORIO MAIORI
PRO
GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS OBTINENDIS
PVBLICE DEFENDET
AVGVSTVS IVLIVS BLVME,
BEROLINENSIS.

FRANCOFVRTI AD VIADRVM,
EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI WINTERI,
ACADEM. REG. TYPOGR.

INSTITUTUM IN ANATOMIA
MEDICINAE PRACTICAE

FEBRIS QUARTANA
INTERMITTENS

GRATIOSA PUBLI-
CATIONE

CAROLO AUGUSTO BERGERI
MEDICI ET THEOR. PRAC.
LIVOR. DE PRATO R. AD. V. R. M.
COLONIAE

ANNO DOMINI 1831

GRADU DOCTORIS
SYMBOLEUM IN MEDICINA HONORIS

AL. VON STEIN

EX OFFICINA H. W. SCHMIDT
LITH. COLONIAE





PRAEFATIO.



*S*i quis unquam Medicus, qui artis
suae meritis inclarescere cupit,
aegrotis se exoptatum, omni-
umque desiderii acceptum red-
dere studet, hoc sane prosperae
fortunae fastigium felici et rationali februum cura-
tione consequi poterit. Febre enim nullus fre-
quentior

A 2

quentior morbus datur, ut hinc merito magnus SYDENHAMVS dixerit, duas tertias omnium morborum febres constituere. Nunquam quippe grassatur morbus epidemicus, qui non febrem comitem habeat. Quotquot sunt febres continuæ, exanthematicæ, intermittentes, harum pleræque catervatim incedunt, ex aeris vel tempestatum, tam præsentium, quam antecedentium constitutione maxime oriundæ. Quæ cum ita sint, placuit nobis inaugurali specimine factos artis profectus publico probaturis, thæses nostras de febre quartana intermittente conscribere, imprimis, quod proxime elapsi autumnii indoles has febres hic locorum satis frequentes reddide: it, adeo ut nec tenellis alumnis pepercerint. Et licet sint, qui hanc materiam nimis tritam et vulgarem judicent, nosque inficias ire non possimus, innumeras dissertationes, imo spissa volumina de quartana præstare, sufficit tamen nobis in præsentiarum, si tritam sub include revocando rem, unam alteramve novam observationem circa symptomata et curam hujus febris protulerimus.





§. I.

In nominalem definitionem inquisitioni, cum plerisque scriptoribus observamus, febrim vel à fervore, quia Græcis *πυρετός* audit, vel à veteri verbo februlare, quod idem est, ac purgare, nominationem accepisse. Omnibus enim in confesso est, febres sæpe sæpius ab aliis imminentibus morbis præcavere, et homines immunes præstare. *Febris autem intermittens, et quidem quarantana illa dicitur, quæ quarto quovis die resurrit*, hinc quadrima **PLINIO** dicta; susputatis videlicet utriusque paroxysmi diebus. Atque hinc Græcis febris quartana vocatur *πυρετός τετραπαιός*, ut passim habet **HIPPOCRATES** in suis operibus.

§. II.

Quoad realem febris definitionem hic notasse juvat, omnem febrem habere ex sua natura aliquid, quod massam sanguinis ad majorem velocitatem determinat, in quo vero hoc consistit, nescimus. In quibusdam febribus hæc velocitas periodica est, et pro differentia periodorum efficit febres intermittentes quotidianas, tertianas, quartanas. Si vero hæc velocitas perennat et continua est, vel cum aliquali utique remissione, non vero intermissione decurrit, plus minus viscerum inflammatoriam *didderon* supponit, constituitque febres, aut pure inflammatorias continuas, aut continuas remittentes. Quare haud illis suffragari possumus, qui naturam febris unice in pulsu arteriarum aucto ponunt, cum manifeste in omnibus febribus intermittibus, præter pulsam auctum etiam ejus inæqualitas, et horror totius corporis observentur, ut potius *febrim* definiamus, *per pulsum arteriarum frequentiore sed sæpe etiam tardiore, aut inæqualem, cum præternaturali frigore et subsequente calore conjunctum.*



§. III.

Non autem semper sibi adeo similis est hæc febris quartana, quin ratione *formæ*, *generis*, *temporis*, mirum inter se differat. Etenim ratione *formæ*, quartana est vel *exquisita*, vel *spuria*. *Exquisita* dicitur, si paroxyfmi statas horas et dies servant, nec ultra octo vel decem horas extenduntur. *Spuria* vero audit, si quando paroxyfmi calor in plures horas extenditur. Ratione *generis* febris quartana est vel *simplex* vel *composita*. *Simplex* audit si *exquisita* fuerit; *composita* autem, si amplius typum quartanæ simplicis non servat. Cum binis succedentibus diebus paroxyfnum format, tertio relicto vacuo audit *quartana duplicata*. *Quartana triplex* est, cum inter veros primitivos paroxyfmos alii duo diebus intermedium se manifestant, adeo ut nullus dies sine paroxyfmo transigatur. Oriri videtur a recenti materia copiosa, veteri quartanosæ opposita, unde duo intermedii insultus quotidianæ, tertius quartanæ accessiones representant. Ratione *temporis* denique alia est *autumnalis*, alia *hybernalis*, alia *vernalis*, ex quibus autumnales maxime refractariæ sunt, utpote typi quam longissime tenaces imprimis si ex prægressis tertianis nascuntur.

§. IV.

Quod itaque *diávoov* febris quartanæ intermittentis et quidem exquisitæ concernit, invadit ut plurimum circa quartam vel quintam pomeridianam horam, cum sensu frequentis oscitationis et pandiculationis brevi in parvum, postea in vehementiorem rigorem, cum stridore dentium, et sub quo ossa quasi confringi videntur, mutato; estque hic rigor non ut in tertiana pungens et feriens, sed vere contundens. Sub hac autem frigoris accessione talis etiam totius habitus cutanei est constrictio, ut serotum corrugetur, annuli in digitis antea firmi nunc vacillent, pulsus exilis, debilis, rarus fiat. Proximi hujus vigoris effectus sunt respirandi difficultas, pectoris constrictio, præcordiorum anxietas,

tas, suspiria, vel saltem frequens in suspiria proclivitas, quandoque sputatio insolita, lacrumæ involuntariæ, vesicæ et alvi excretio.

§. V.

Circa finem frigoris, quod raro duas excurrit horas, sentitur frigeris veluti et caloris lucta. Illud ab extremis partibus introrsum, hic a centro ad circumferentiam copias suas ducit; in progressu dempto frigoris sensu calor increfcit isque magis aridus et adurens est, nunquam tamen tam urens quam in tertiana; increfcente simul pulsus æqualitate, magnitudine, qui tamen nunquam tam velox fit, ac in aliis intermittentibus, liberioris respirationis facultate, sicuti modica, donec elapsis sex vel octo horis sub prorumpentibus fudoribus primum mitescat, postea omnis cessit calor febrilis.

§. VI.

Finito paroxysmo æger ad somnum se componit, sic satis bene dormit, alteroquo mane surgit lassus, lassitudinem magis matutinis quam pomeridianis querulans horis. Corpus ad levem quantumvis auram magis alget, quam in cæteris intermittentibus, appetitus est prostratus, totumque corpus viribus adeo dejectum, ut muniis suis vacare nequeat. Alteram noctem sic satis bene transigit, surgitque mane viribus magis recuperatis. Noctem autem ante paroxysmum sæpe in somnem et inquietam ducit, donec quarto die stata hora idem refurgat insultus.

§. VII.

Præter recensita signa (§. 4. 5. 6.) novorum paroxysmorum successu alia accedunt in primo vel secundo non observanda. In quibusdam enim cessante rigore in medio quasi febris erumpit vomitio amara, cum viæ patent in ventriculum. Aliis frequenter sinistrum hypochondrium tumet et dolet.

Quibus-

Quibusdam durante paroxyfmo frequentes sunt pollutiones nocturnæ, fic novimus juvenem quartana olim laborantem, licet veneris castra non fequeretur, sæpe nocte, qua paroxyfmo tenebatur ter quaterve, in fcium et in fomno pollutum. Quod ipfum de fpaffica indole hujus febris fatis teftatur.

§. VIII.

Vera obfervant praftici, qui notant, cum morbus recens invadit, paroxyfmof effe graviores et admodum infeftos, ægros lecto affigi, poftca leviori abfolvi plaga, ut accessiones extra lectum ferant. Neque falla referunt praftici, fudorem primi paroxyfmi non effe criticum, fed fuffeffu temporis talem fieri, et sæpe male olere; urinam rubram, caloris tempore redditam, non femper deponere fedimentum rubrum, fed tum demum, fi febris folutio inftat, etiam fibi comiffam pellem generare fubpinguem, quæ lateribus matulae accrefcit: nonnunquam et quidem fuperatis aliquot paroxyfmis fani hominis æmulam effe, ob digeffionem et fanguificationem minime amplius læfam; appetitum febre jam adulta facta adeo vigere et increfcere, ut quafi bulimia laborare videatur æger, alvum interea maximam partem fegnem effe. An vero fanguis quartanariorum femper flavefcentem vel lentam pituitam in fuperficie gerat, ut in quibusdam invenit *Cl. FR. HOFFMANNVS Med. fyfl. T. IV. P. I. 68.* de eo valde dubitamus, cum multis de caufis perfuafiffimus fanguinis ftatum in quartanariis diverfum effe poffe.

§. IX.

Subjecta hujus febris funt homines ætatis confiftentis, ait enim HIPPOCRATES *libro prognoflicorum*, quemadmodum in natu minoribus abfcelfus contingunt, ita quartana potius annum agentibus quadragesimum, aut in fenibus fupervenit. Minime tamen hæc obfervatio adeo univerfaliter vera eft, quin ubi hæc febris epidemice graffatur, juniores non folum, fed et infantes lactentes corripiantur, quod et elapfo autumno et an-

et anno millesimo septingentesimo trigesimo septimo hic accidisse recordamur. Temperamentorum intuitu nulli quidem parcit, interim qui melancholicæ et phlegmaticæ constitutionis sunt, frequentius hoc morbo laborant. An autem hominem semel duntaxat in vita corripit, ut vult
AETIVS *Teir. II. Serm. I. c. 83?* sane huicaliquid veri subest, si quis recidivas febres pro suspenso primo habet morbo.

§. X.

Sunt etiam certa anni tempora huic progignendæ febrī magis congrua, ut v. gr. ipse autumnus est, quo frequentius longe grassatur quartana, quam finita hieme vel ineunte vere, aut æstate. Illæ enim febres, quæ verno vel æstatis tempore ægros corripiunt, longe brevioris periodi sunt, cum teste **SYDENHAMO**, febres quarranæ autumnales sex solidos menses durare soleant, cujus tamen adfertī contrarium exhibent observationes **HIPPOCRATIS**, qui *libro de aere locis et aquis pag. 283. τὸς πυρετὸς τεταρτεῖς πολὺ χρόνος* non solum per æstatem observavit, sed et quartanas duabus hebdomadibus judicari, *libr. de carnibus: καὶ τεταρταῖοι ἐν δύο ἑβδομάσιν* asserit. Ex quo sufficienter patet, aut alium prorsus tempore Cœi nostri hujus febris fuisse genium, aut fervidius Grægorum clima hanc differentiam adtulisse. Clarissimus cæteroquin **MEAD. de imperio Sol. et Lun. Oper. Tom. I. pag. 57.** cur febres quartanæ autumnales sex solidos menses durant, hanc allegat causam, quoniam si rite ponatur calculus, inter omne id tempus semestris spatii, recurrentes accessiones horas complent 336. sive dies quatuordecim, qui quidem continuarum febrium, quas eadem anni tempestas producit, terminus est.

§. XI.

Denique non omnes quartanæ ad amissim sibi adeo respondent, ut semper eadem symptomatum multitudine et atrocitate stipentur, sed hic quivis annus, annique tempestas,
B
suam

fua peculiarem prodit indolem, qua fit, ut febres quartanae hoc v. g. anno exquisitae magis sint, plenaria apyrexia gaudeant, hominesque fat virium saperfites habeant, qui negotiis suis vacare possint; alio vero tempore hae febres magis sint extensae, aegrique vires adeo conterant, ut vacuis diebus vix extra lectum degere possint, quale quid FRID. HOFF. *Med. Conf. Tom. 6. p. 357.* de febribus quartanis 1727. epidemice grassantibus notavit, quae adeo lassatos reddidere aegros, ut diebus intercalaribus extra lectum degere haud potuerint. Dantur etiam quartanae, quae ex mutatis tertianis autumnalibus oriuntur, sicuti in HOFFMANNI *Med. syst. Tom. I. P. IV. 74.* observatio est, cujus haec sunt verba: ex acidis horreorum et aliorum fructuum copiose ingestis tertianas mutari posse in quartanas, quia fixiorem et lentam magis reddunt materiam febrilem.

§. 12.

Causarum scrutinium aggredientes diem contereremus, si dissentientium scriptorum opiniones de causa febris quartanae hic recensere nobis animus esset. IOH. FERNELIVS opinatur hanc causam hominibus jam in utero materno contrahi, quod vix vero simile videtur, quum plures hominum moriantur, qui nunquam hac febre laborarunt. HELMONTIVS pater lienem solum pro hospitio quartanae cum veteribus agnoscit. Pro pancreate decernit SYLVIVS *Lib. I. Prax. Cap. 30.* Nec non REGN. DE GRAFF. *lib. de succo pancre. Cap. II.* Cui sententiae pariter non subscribimus, licet inficiandum non sit, lienem quandoque de communi labe participare, quod satis tumor sinistri hypochondrii hoc in morbo frequens, innuere videtur. Potius statuimus ad quartanam producendam sanguinem esse debere contaminatum, bilem activitatem suam amisisse, et viscosam esse redditam ex vicio praecedentis aeris, et victus conditione, sicque in ventriculo et primis viis causam occasionalem duntaxat quaerendam esse.

§. XIII.

§. XIII.

Hoc sanguinis vitium, quacunq[ue] ratione materialiter comparatum sit, succus excrementitius sit, imprimis nervis infensus, necesse est. Quotocumq[ue] enim hic propter evacuationum suppressionem adeo augetur, ut liquidis sanguine subtilioribus communicetur, totum sensim nervorum systema vellicatur, donec universali illa febrili et spastica solidorum constrictione peregrinum natura stimulum ejicere tentat. Aliis nervorum morbis liberari naturam, quartana superveniente, testem omni exceptione majorem habemus HIPPOCRATEM, qui *Aphor. Sect. 5.* docet convulsione correptos febre quartana superveniente liberari, eamque paralyticis salutarem esse. Clariss. GEOFFROY: *Mat. Med. Tom. 2. p. 199.* hanc causam materialem proximam ponit in succo alcalino salino urinoso, quandoquidem omnes fere humores excrementitii maxima salis urinosi copia turgeant, idemque verum deprehendatur in sanguinis febricitantium analysi, qui quippe majorem salis urinosi copiam largitur, ac cruor sanorum hominum.

§. XIV.

Uti vero, quod de proximis et occasionalibus internis causis non ita certe, sed conditionate conjiciunt medici, ita, quod de causis prædisponentibus externis, victus, aeris et tempestatum effectibus norunt, certiori experientiae superstructum est; novimus enim ex aeris vel victus conditione in Belgio febres intermittentes, interque eas quartanas longe esse contumaciores. Quantum enim aer humidus, victus pisculentus, potus aquosus, in gignendis febribus conferat, omnibus cognitum esse arbitramur et perspectum.

§. XV.

Pandiculationes, oscitationes (§. 4.) quæ instantis frigoris signa sunt, materiam quandam musculos et nervos laesissent nunciant. Subsecutum frigus febrile (§. 4.) nihil

¶ Aliud præsupponit, nisi languidam admodum circulationem, venarum et arteriarum contractionem, sanguinis fugam ab extremis ad auriculas. et vasa majora cordis. Crescente hac solidorum elasticitate, profunda respiratione (§. 4.) sanguis dextri ventriculi hauritur in pulmones, adeo ut hic conatus sæpe cum dolore, sæpe cum molesto pruritu, sæpe cum tussicula sit conjunctus, metumque injiciat, ne sanguis in corde faciat coagululum. Ab hac causâ unice dependet, quod fenes quartanarii in paroxysmo frigoris moriantur, vel si febrim superent, diurna postmodum palpitatione cordis laborent. Ubi frigus ad *αγγῆν* pervenit (§. 5.), sensim augetur fibrillarum tremor, et cum eo sanguinis motus, mox frigori coloris sensus permixtus renascitur, donec motu sanguinis aucto et oscillatione solidorum liberiori reddita, calor febrilis ingravescat, qui propter vehementiorem ad caput impetum vigiliis, dolores capitis, post se trahit. Excretiones alvi et urinæ de effectu præcedentis tubulorum constrictionis testantur. Subsequentis diei intercalaris lassitudo spontanea (§. 6.), corporis gravitas, torpor, animi segnities, liquidi nervorum et spirituum labefactionem satis declarant. Ulcuscula et pustulæ quibus labia in progressu, uti in omnibus intermittentibus, ita et in quartana defœdantur, quæque imperfectæ criseos speciem denotant, non aliam causam agnoscunt, nisi labia cute destituta, ubi vasis exhalantibus et expellentibus minor creatur resistentia, ad ejiciendam materiam excrementiam.

§. XVI.

Inspectio cadaverum quartana defunctorum læsiones viscerum abdominalium non semper easdem monstrat, sed magis vel minus complicatas, pro diuturnitate morbi. Interea si observationibus a B O N E T O in *Sepulchreto Anatomico* allatis, fides habenda est, maximam semper labem et vitium lien et pancreas contrahunt.

§. XVII.

§. XVII.

Hujus quoque loci est, de causis revertentium paroxysmorum quicquam commemorare. Et si unquam, profecto circa explicationem paroxysmi intermittentium, stato tempore revertentis, autores varias, mireque inter se dissidentes finxere, et amplexi sunt sententias, quod cuivis oculos modo in proxime praeteriti et modo labentis saeculi scripta conjicienti innotescit. Veteres hujus recursus causam in humore aliquo melancholico, HELMONTIVS in suo archeo, recentiores in subactione materiae febrilis quaerunt, quae pro natura suae labis quotidie vel tertio, vel quarto quovis die in sanguine cumulata paroxysmos provocat, et pro gradu suae despumationis et excretionis etiam plus minusve puras intermissiones post se trahit, vel huic naturae legi non auscultans, nunc anticipationes, nunc postpositiones febrilis paroxysmi causatur. Alii ex recentioribus has regulares periodos per solis ac lunae circuitus explicare tentant, confugientes ad aequilibrium aeris interni destructum, et non amplius cum externo conforme. Sed quanta sit etiam harum opinionum caterva, nondum tam firmo innituntur talo, ut ad omnes casus individuos explicandos applicabiles sint, quin potius celeberrimi practici candidi fateantur, ingenii ipsorum impervium esse hoc problema, quorsum SYDENHAMVM et WERLHOFIVM referimus, qui posterior *Traçt. de Febr.* 266. tandem ita decernit: quae febrim natura, quae ordinis in motibus febrilibus causa sit, qui horarum, dierum, hebdomadum, mensum annique temporum, tam curiosam suis periodis et typis rationem habent, ut in horologium aliquod et astronomorum calculos jurasse videantur, nepotibus forsitan aliquando nostris dilucidius intueri dabitur. Quidquid sit, patet ex signis intermittentium, subesse aliquam materialem causam in paroxysmo, utcumque subtilis et exigua illa sit, quae cum nervoso inhaereat systemati, non nisi universali illa spastica constrictione praecedente, et postmodum subsequente

humorum a centro ad peripheriam diffusionem a natura expellitur.

§. XVIII.

Ad prognosin febris quartanae accedentes ante omnia notamus, eam non omni tempore eodem modo esse refractariam, sed coeli et anni tempestates ad facilem vel difficilem curationem multum adferre, imprimis longam et pertinacem esse autumno. HIPPOCR. *Aph. Sect. II. Aph. 2. 5.* Inveternas raro solvi nisi vere verba sunt CELSI *Libr. 3. Cap. 16.* et in genere diuturnum morbum esse, qui non diebus sed aliquot mensibus judicatur, ut proin non mirandum, HIPPOCRATEM, qui loco supra citato (§. 10.) adeo brevem, duarum sc. hebdomadam hujus febris decursum facit, longe aliter sentire in *libro de morbis popularibus*, ubi scribit, ἡ νόσος ἐπιμαρτὸς τετραπαιῶς, non ante annum quartanam desistere.

§. XIX.

Diuturnitas hujus febris compensatur periculi absentia, vix enim dici poterit eam congruo tempore et aetate graffantem esse periculofam, quin potius ab aliis praeservet morbis. Sic HIPPOCRATES, in *Lib. de morbis popularibus* ait quartana correptos non facile a magno morbo corripi, eos vero, qui graviore morbo antea corripuntur, accesseritque quartana, ab eo liberari. Idem nobis reliquit *Aphor. Sect. V. 70.* a quartana correptos a convulsione non corripere, et convulsionibus correptos quartana liberari. Et nuper *Act. Soc. Reg. Par. 1718. p. 88.* palpitationes cordis febre quartana superveniente solutas habent. Nolumus tamen has HIPPOCRATIS autoritates ita accipi, quasi nunquam quartana correpti non aliis simul laborare possent morbis, quod quippe quotidianae experientiae repugnat.

§. XX.

Dantur tamen utique casus, ubi quartana pro gravi et fontico morbo habenda est, sic senes sexagenarii quartana correpti, vix salvi evadunt, ob defectum caloris naturalis. Crassa quippe et viscida per se materia febrilis minus in his coquitur, et excerni potest, cujus rei exempla passim prostant, unumque notabile senis in rigore febrili mortui habet. FRID. HOFM. *Med. Syst. Tom. I. part. 4. pag. 80.* Non minus plus periculi adest, si quartana hypochondriacos corripit, sique ipsis durus et renitens hypochondriorum tumor supervenit, vel etiam si febris conjungitur cum visceris alicujus obstructione, qualis plerumque in hydropem transit. Et hunc morbi exitum HIPPOCRATES indigitasse videtur, quando libro *de internis adfectibus* loquitur de *Typho*, ἀπὸ τῆς τοφῆς, quem talem corporis dispositionem existimat, ubi vel hydrops ascites, vel hydrops pectoris excipit quartanam. Quod si enim per obstructam viscus difficilior longe est sanguinis transitus, etiam vasa sanguinea magis replentur, et vasorum capillarum fortior oritur pressio, et ex hac copiosior per vasa lymphatica lymphæ secretio. Aequè periculosa est febris quartana, quæ in continuam mutatur, quæque hujus vel illius visceris diatesin inflammatoriam portendit. Constantis quoque observationis est, quod quæ femellæ durante quartana iteratis adstringentibus tractantur, per reliquum vitæ tempus mensium negotium admodum difficile experiantur, ut habet FRID. HOFM. *Med. Conf. Tom. 9. p. 258.* Omnes denique quartanarii, qui vel ad finem paroxysmorum, vel tempore intercalari multum sudant, cæteris paribus difficilium curantur. Rarum denique hujus febris exitum in paralyfin manuum terminatam habet. *Com. Lit. Nor. 1741. 70.* Haemorrhoides autem, earumque largior fluxus, vel menstrua profusa, si superveniunt, quartanam solvunt.

§. XXI.

Ex iis, quæ hætenus dicta sunt, pro febribus quartanis spuris, æque ac compositis, facile prognosis formanda erit, quo magis enim duplicantur paroxyfmi, eo certius ad indolem febrium continuarum accedere, et curatu graviores esse patet. Omnis præterea quartana spuria non facile curatur, nisi prius ad typum quartanæ simplicis redigatur, et stas horis pomeridianis ingruat; aut nisi in tertianam legitimam convertatur. An verò hæc febris feliciter superata et radicitus, non tumultuarie, curata, disponit ad longæ vitam? multorum sane hæc est prognosis, quæ quo fundamento nitatur, omnium certissime experientia, rerum magistra docebit. Plures sane novimus olim quartana laborantes, quia variis morbis epidemice grassantibus elapsis aliquot annis immunes non vixere.

§. XXII.

In curatione Medici incertum sæpe suorum pharmacorum experiuntur successum pro indole et natura febris, diversisque anni temporibus; quæ enim autumnò incedit, occupatque corpora, in aere nebuloso et humido vitam agentia, illa vix ullis remediis etiam summo intermittentium specifico debellatur, sed ad sui deservescentiam plures sæpe mensis exposcit, cum quæ verna aut æstiva est, generalioribus remediis, quandoque sola abstinencia curetur.

§. XXIII.

Ad rationalem hujus febris curam indicationibus quibusdam medicus opus habet, ne andabatarum more pugnet, quæ sunt ut 1) cruditates viscidas, biliosas primarum viarum corrigat 2) ut sanguinis ex vitio primarum viarum labefactati massam restauret, progressivum ejusque motum, imprimis per viscera abdominalia liberiores reddat, noxiosque humores per congrua emunctoria evacuet, 3) ut motus

tus febriles expulsa materia superfluites moderate sopiat, viscerumque robur dejectum restituat.

§. XXIV.

Primæ itaque indicationi (§. 23.) satisfacit medicus omnibus iis remediis, quæ acidos et acres humores absorbendi, viscidos vero incidendi, alvumque leniter expediendi facultate pollent. Inserviunt itaque hic non solum salia neutra, ut nitrum, sal prunellæ, sal digest. SYLVII, terra foliata tartari, sal ammoniacum depuratum, sed et salia plantarum per incinerationem parata, ut sal absynthii, stipitum fabarum, card. benedicti, &c. quæ præsentem multa acrimonia commode sociari possunt ostracodermatis absorbentibus, conchis, lap. cancrorum, matr. perlarum, mandibulis lucii piscis, &c. et sub forma pulverum aliquot horis ante paroxysmum exhiberi. Qui magis fluidi medicamenti formulas amant, potiunculis ex aqua card. bened. acaciæ, aqua theriacali, sale card. bened. antimon. diaph. syr. card. bened. additis aliquot guttulis spiritus vitrioli indulgent, vel etiam tartarus vitriolatus, nitrum, sal ammoniacum in aqua card. bened. soluta potui ordinario instillari poterunt. His per aliquot dies usurpatis, si saburra primarum viarum fluxilis reddita est, lenissimum catharticum ex sale Anglico, vel magnesia alba, vel sale amaro Bohoemico substituendum erit, quod ultimum tantæ virtutis prædicat Clariss. BRVCKMANNVS *Comm. Lit. Norimb. An. 1735. H. 50.* ut solo hujus fontis soterii usu quartanam pertinacem aliquot annorum curaverit.

§. XXV

Ad implendam 2) Indicationem (§. 28.) egregie hic faciunt, vegetabilia amara in formam extracti redacta, quæ suo sulphureo et balsamico principio vappidam bilem restituant, viscidos et lentos humores corrigunt, acres obtundunt, et sanguinem emendant, qualia sunt extractum
C
gent.

gent. rubræ. trifol. fibrin. fumar. cent. min. absynth. card. ben. rhab. quæ vel sub forma pilularum, vel elixirii propinari possunt, ut proin Clariss. HOFFM. *Med. Syst. Tom. 4. part. I. pag. 66.* testetur, se plures quartanarios solo usu elixirii temperati balsamici, quod cum aqueo lixivio ex amaris extractis, et addito vino Hungarico paratur, curasse. Tanto felicius vero hæc et similia effectum edunt, si seposito potu ordinario utatur æger decoctis radicum et herbarum aperientium, vel etiam acidulis levioribus aqua Selterana, Spadana &c.

§. XXVI.

Tertiæ indicationi satisfaciunt, qui superato paroxysmo ad roborandum viscerum tonum præscribunt, ess. amaras. stomachicas ex cort. aurant. rad. ari. gentianæ, cort. cascarill. lign. sassaf. &c. Contra spasticas vero et febriles generis nervosi stricturas non solum externa epithemata aromatica et spirituosa, sed et clysteres ex herbis nervinis carminativis et antispasmodicis, imo et balnea aquæ dulcis conducunt, imprimis vero unguenta nervina dorsi spinæ inuncta hic locum habent, qualia ex unguento martiato, nervino. oleo scorp. laurino. oleo philosophorum, thereb. camph. secundum artem invicem mixtis confici possunt. An vero in epicarpiis discutientibus, sive fuerit emplastrum STROBELBERGERI, sive ex therebinth. fuligine, sale ammoniaco, pipere, theriaca &c. fiant, tanta lateat virtus, ut stimulis suis materiam altius partibus nervosis impactam excutiant, aliis dijudicandum relinquimus. In casu ubi interna nil juvant, et ægro res angusta domi, novit. D. Præses applicatum esse abdomini empl. de cicuta, quovis 4. die renovandum, quod viscerum obstructionem referendo febrim sustulit. Nullo vero medicamento certius obtinetur hic scopus, quam propinatis specificis, imprimis cortice Peruviano, de quo tamen in sequentibus adhuc acturi sumus, cum hætenus non nisi curam generalioribus pharmacis, tribus indicationibus respon-

respondentem tradiderimus. Quandoque tamen curatio hujus febris, si recens, vernalis vel æstiva fuerit, fomitemque in primis viis habeat, solis aperientibus et incidentibus succedit.

§. XXVII.

Non possumus non hic mentionem facere methodi curandi quartanam HOFFMANNO *Med. Syst. T. IV. p. 1. 84.* probatae, ut quam apprime congruat datis indicationibus, (§. 23.) appareat; Primum ter vacuo die una vel duabus horis ante paroxysmum dedit liquorem salinum cum cerevisia tenui ex sale tartari, sal. ammoniaco, nitro, tart. vitriol. cort. cascaril. solutis in libris duabus aq. card. bened. Superato paroxysmo tertio elixir antifebrile, ex rad. pimp. alb. contrajervæ. vincetox. ligno colubr. cortice cascaril. extr. card. ben. scord. elix. theriacali, liquore anod. min. spirit. vini tart. aq. fl. sambuc. factum propinavit, quod ter quovis intercalari die ad drachmam concessit, quibus in cassum adhibitis electuarium chinatum dedit. Idem auctor testatur, se plures quartanarios solo usu elixirii temperati balsamici, quod cum aqueo lixivio ex amaris extractis et vino Hungarico paratur, curatos vidisse, quibusdam autem oleum tartari per del. in potu haustum levamen attulisse. Pariter laudatus, *Vir Med. Syst. T. IV. p. 1. 78.* de sudore ante paroxysmum convenienti remedio ac regimine prolesto monet, ipsum neutiquam nocere, sed ad febrim vincendam quam maxime salutarem esse, secus ac communis medicorum fert sententia. „Ego inquit, certe multis confirmatum habeo exemplis, sudore ante paroxysmum per accommodata medicamenta provocato, modo prima regio a fermento febrili exquire depleta fuerit, cutis inhorrescentiam fuisse prohibitam.

§. XXVIII.

Quod si vero haec ipsa febris quartana degenerat in quartanam duplicem (§. 3.), ab intermittentis indole in continuam

nuam vergit, mutata saepe pharmaca exposcit. Quod si enim teste *IONES de febribus intermittentibus p. I. 57.* in quartana duplici duplex quasi morbi materia est, una tertiana scilicet tenerior, altera quartana et crassior, activiora medicamenta die, vero paroxysmo respondente, leviora autem, et quae magis orgasmum sanguinis temperant, spurio paroxysmo usurpantur sunt. Aut si quartana perverse tractata fuerit redigitur in ordinem datis frequenter digestivis, imprimis tartaro vitriolato et pilulis roborantibus.

§. XXIX.

Accedimus jam ad curam febris quartanae specificis absolvendam, interque ea praeter ceteris caput extollit famosus ille chinae cortex, qui nativo solo Peruanus, a virtutum suarum primis praecursoribus cortex Jesuiticus vocari solet. Est vero hic cortex arboris cujusdam procerae, montanae, systematis intuitu ad stirpes flore infundibuliformi referendae, ut solide primus demonstravit egregius *CONDAMINEVS in Actis Societatis Regiae Paris. 1738.* quo certius antifebrile, imprimis febrium intermittentium, haecenus non detexere mortales. Nullum enim remedium habemus, quod tam constanter unum eundemque effectum prodit, amaro et aromatico suo principio paulo majorem naturali calorem inducendo, ut frigus febrile profligatur, quam quidem hic cortex. Sicuti vero nihil in rerum natura existit, quod non suis laudibus aequae ac vituperiis subiectum sit, ita similia perpersum esse fata corticem nemo est qui ignorat; aliis ipsum in coelum extollentibus; aliis ad tartara damnantibus. Nos vero hanc litem suo relinquentes loco, cum ab eorum stemus partibus, qui in hoc concreto, antifebrile sine pari inveniunt, methodum febrium quartanarum hoc cortice curandi breviter descripturi sumus.

§. XXX.

§. XXX.

Ex analysi chymica imprimis Doct. **GEOFFROY**
Mat. med. T. 2. pag. 184. liquet, hunc corticem multum salis
 acidi et olei crassioris continere, perparum terræ cum tan-
 tillo salis urinosi. Ex harum partium mistura pars corticis resi-
 nosa derivatur, quæ si ope menstrui idonei extrahitur, fere
 quartam corticis partem æquat, parcam etiam gummi portio-
 nem adesse constat. Quæ cum ita sint, si vel maxime a commen-
 dabili febres profligandi virtute abstrahimus, hunc corticem in-
 star plerorumque medicamentorum amarorum, esse stomachi-
 cum et ventriculum roborare, languentem appetitum exci-
 tare, ciborum concoctionem juvare, flatum discutere, vermes ne-
 care, urinam et menses promovere posse, quis est qui inficia-
 bitur. Quod si autem ex superioribus repetimus miasmatis fe-
 brilis naturam esse alcalinam (§. 13.) et causticam, ac non solum
 acida febribus proficua esse, sed et amara sua stypticitate fi-
 bras laxatas roborare, patebit utrumque in se consociare cor-
 ticem Peruvianum. Scilicet acido sale, quo turget, acres
 febriles sales retundit, et protracto usu amarore suo stypti-
 co succo corporis perfundit, sicque pedetentim laxatas fi-
 bras constringit. Ut taceamus corticis effectum in sanguine
 ob firmiorem nexum salini cum terreo principio diutius sub-
 sistere posse.

§. XXXI.

Ob frequentissimum hujus corticis usum satisque carum
 ejus pretium multis adulterationibus obnoxius est. Medi-
 ci igitur salutare effectus ex hujus usu sibi promittentis of-
 ficium est, notas integritatis et bonitatis hujus corticis per-
 spectas habere. In selectu itaque adtendat ad corticem, qui
 masticatus gustum acrimonia et amarore multis nauseoso,
 cum aliqua adstrictione ferit, sine multa tamen austera acer-
 bitate, saporis ex acri et amaro veluti leniter aromatici, et
 peculiari modo aliquantum mucidi, cui odor exquisitè re-
 spondet. Manibus tractatus frangi potius debet, quam in-
 C 3 fibras

fibras lignosas discerpi, aut in farinam cariiosam dilabi. Denique foli expositus puncta passim splendentia prodit genus cortex non multa ligni ejusdem copia onustus, coloris intus ferruginei, vel quodammodo ad cinnamomum accedentis.

§. XXXII.

His itaque notis instructus cortex, uti omnium febrium intermittentium antidotum existit, ita non minus antiquarium sine pari habetur, et partim in substantia, vel per se, vel aliis sociatus antifebrilibus sub forma pulveris aut electuarii, partim activas et resinosas partes extrahendo sub forma infusi, decocti, tincturæ, exhiberi solet.

§. XXXIII.

Sicuti autem quodvis instrumentum lædens in manibus infantis vel stulti periculosum est, ita etiam quivis empiricus et non rationalis medicus, qui exhibitionem suorum pharmacorum certis indicationibus non superstruit, plus damni quam boni ex usu corticis reportat. Admitti enim, imo requiri debet corticis usus, ubi applicata cura generali febris domari nequit, eaque cum natura quasi in consuetudinem abit, nullo superflite fomite febrili; ubi viscera naturalibus et vitalibus famulantia functionibus sunt integra; ubi febris excretiones sufficientes jam exhibuit; his enim in febribus sine materia nimiam nervorum teneritudinem et subtilitatem tollit. Nihilominus cautus semper sit corticis usus, non solum propter morbi et ipsius ægri conditiones, sed et propter vulgus hominum, et medicorum invidiam, qui ut figulus figulum odit, sibi invicem studio nocent, falsosque in vulgus spargunt rumores, quibus famam alterius lædere curæ cordique habent. Et quidem ægri intuitu corticis usus quodammodo suspectus est, si fuerit phlegmaticus, seque nemque humorum circuitum habeat. Hypochondriaci
pari-

pariter et foeminis mensum evacuatione suppressa laborantibus, nunc quartanariis factis nocet cortex, hisce enim sub usu aperientium continuato sufficiens corporis motus imperandus est. In nimia vasorum laxitate usus corticis quandoque incertus est, nihil tamen nocet sed potius prodest, si diarrhoea subsequitur. Febris respectu absteineat medicus ab usu corticis, si nimis recens, vel anomala sit, vel cum alio morbo sociata; caveat etiam ne evacuationes suppressas antecedit; hisce enim in casibus cortex officit aut nullum adfert commodum.

§. XXXIV.

Datur autem cortex in substantia, vel sub forma pulveris, vel sub forma electuarii, et quidem longe efficaciori effectu, quam si sub forma decocti, infusi, essentiae, aut extracti exhibeatur. Si ergo in substantia et quidem pulvere praescribitur, sumitur cortex subtilissime pulverisatus ad unam vel alteram unciam, irroratur oleo tartari per deliquum, addendo quartam circiter partem nitri depurati, hujusce pulveris drachma dimidia exhibetur tertia quavis hora extra paroxysmum. Si vero electuarium desideratur sequentem formulam iterata experientia probatam reddidit: ℞. cort. Peruv. electi et subtiliss. pulveris. ʒj. pulv. scor. cham. ʒss. extr. cent. min. pulv. caryophyll. ana ʒij. rob. sambuc. syr. rosar. ana ʒj. M. Hisce, si indicatio fuerit, ad juvandam perspirationem aliquid salis ammoniaci, et antimon. diaphor. admisceri potest. Subiectis autem, qui calidioris et simul tenerioris naturæ sunt, cortex non tam in substantia quam sub forma infusi, vel decocti exhiberi solet, et quidem pulvis corticis oleo tartari irroratus addito nitro antimoniato infunditur vini Moselani, vel Renani mensuræ, de quo omni tertia vel quarta hora duæ vel tres ʒiæ sunt bibendæ, quales formulæ additis aquis destillatis et syr. cort. Orant. mutari possunt.

§. XXXV.

§. XXXV.

Quod tempus exhibitionis concernit, consultum est a paroxyfmi declinatione auspicari, quia tum sanguis magis pacatus et materiæ febrili facilius paret, nullumque intermissionis spatium incassum elabitur, quod in brevioribus intermissionibus, ut quotidianis et tertianis febribus magni momenti est. Cl. GEOFFROY *l. c.* post assumptum corticem duabus horis cibum injungit sumere, quod quandoque salutariter, quandoque perperam fieri existimamus. Pro quantitate hausti corticis uno spatio intermissionis sufficit ʒβ. de qua quavis secunda l. tertia hora circiter ʒβ. sumatur. Proximus a sumto cortice effectus, si talis est, ut pulsus fiat vividior, calor cum perspiratione auctior, alvus præsertim in cholericis fluidior, urina copiosior et limpidior, faustæ operationis indicium est. Quandoque a recenti et primo corticis usu sequens febris paroxyfimus increfcit, quod deterere medicum non debet, quum futurum præfagiat febris discessum, modo eodem pharmaco insistat. Fugata febre usus ejus adhucdum continuandus est, alias enim morbus post aliquot septimanas recrudescit, quare quatuor doses singulis diebus, fugato licet paroxyfmo, per octiduum exhibeantur, duæ autem per sequentem hebdomadem. Constantis etiam observationis est, non esse interponenda purgantia hujus in corticis usu, his enim id destruitur, quod ex ejus effectu maxime speramus, scilicet vasorum robor et constrictionem, quæ purgantibus magis laxantur. Quod si vero ex necessaria quadam indicatione laxatio alvi requiritur sub usu corticis, hæc fiat cum cortice lenioribus catarcticis sociato. Gallorum medici ante exhibitionem corticis omnibus plethoricis venam secant, et in genere venæsectionem magis necessariam judicant quam purgationem, ut testatur GEOFFROY *l. c. Tom. 2. p. 186.* quam tamen methodum impune hoc in nostro climate applicare non licet, nisi in gravidis, quæ tantum non omnes sunt plethoricæ, quæque venæsectionem utiliter non modo ferunt, verum sed et possunt

sunt, ne intenso per spasmos febriles sanguinis motu uterus ad præmaturam exclusionem sollicitetur. Cadit propterea veterum scrupulus pro venæsectione in quartana sectionem salvatellæ manus sinistrae imperantium.

§. XXXVI.

Cæteroquin, qui corticis usum in febris intermit-
tibus adeo damnosum exclamant, non solum volunt febres
inde reddi pejores, sed et novos graviore inde nasci mor-
bos, imprimis vero tumores œdematosos pedum, hydro-
pem, tam pectoris, quam ascitem, inde originem suam tra-
here; quos tamen corticis detrectatores salitatis coarguit
HOFFMANNVS, qui solo corticis usu non tantum febrem,
sed nonnunquam hydropem inde ortum feliciter curavit,
quoniam scilicet cortex salinis suis partibus humores non
fundit solum, sed et terreis suis solida constringendo stagnans
serum expellit. In *Medicina syst. Tom. IV. p. I. pag. 82.*
existit exemplum juvenis quartanarii cachectici facti, et tu-
more pedum laborantis per electuarium chinatum additis
cerussa antimonii, sale card. bened. et spir. sal. ammoniac.
curati. Tales autem tumores facile subsequuntur si quis sub
declinante paroxysmo, sudore sponte erumpente, frigidam
bibit, vel externa refrigerat. Pariter quartanam latentem
diuturnam et hecticis phlogosis junctam, china china, cu-
ratam exhibet *Commerc. Lit. Norimb. 1742. p. 310.* His non
obstantibus absomum foret, si medici promiscue hunc
exhiberent corticem, diximus enim superius, (§. 33.) ejus
usum evacuationes nondum factas antecedere non debere,
tali in casu, si post usum corticis oppressio pectoris sub-
sequitur, opportunum est loco corticis infusum ex aperien-
tibus et laxantibus præbere, ex quorum continuatione, si
febris decrescit, alvusque bene redditur laxa, sudores se-
quuntur liberales, nihil amplius corticis usum remoratur.
Cæteroquin in passionibus a male curata quartana per sini-
stram corticis exhibitionem HOFFMANNVS *Med. Consult.*

D

Tom.

Tom. VIII. p. 264. svadet fontem foterium Egranum, cujus potum eatenus admittimus, quatenus pectoris et abdominis viscera sunt salva et integra.

§. XXXVII.

Ne quis vero existimet, medicos ante et post inventionem corticis Peruviani non alia jastasse specifica contra quar-tanam, hujus loci esse existimamus quorundam, a medicis celebratorum, mentionem facere. ALEXAND. TRALLI-ANVS *Libr. III.* scribit „novi me in quartana frequenti epi-tematis usu tempore opportuno ante accessionem ex farina feminis lini et decocto chamom. multum profecisse, ut æger non amplius accessionem expertus sit. HADRIANVS, MYNSICHTVS magnificat suum antifebrile, quod constat ex alumine crudo et sanguine draconis alcoholisato. MOR-TONVS corticis alias panegyrista *in libro de morbis universa-libus acutis, Cap. 17.* scribit sequentem pulverem in tribus patientibus intermittentes curasse. ℞. flor. cham. subt. pulverisat. ℞j. antim. diaph. sal. absynth. ana ℞℞. Quanti Celeber. STAHLIVS crocum martis antimoniati, seu aperi-tivi fecerit in domandis febribus intermittentibus, id non solum ex suis scriptis, sed etiam NEVMANNI *Lectioibus chymicis de ferro* conscriptis satis superque elucescit. Cujus quoque croci, cum sale card. bened. sociati, virtutem in febre quartana duplicata, et quidem parvula sexenni expertus laudat GOHLIVS in *Actis Phys. Med. An. III. p. 46. Cl.* APINVS medicus Noricæ ditionis cascarillæ cortice febres intermittentes fugavit, putat tamen *Cel. WERLHOFIVS* I. C. APINVM cortice chinae usum fuisse, cujus sententiæ non est GEOFFROY I. C. Salina esse febrifuga, sal polychre-stum Parisense, declarat, quod quartanam nisi fuerit autum-nalis, non infrequenter curat. Quibusdam etiam partes quatuor cremoris tartari, parsque una coralliorum rubr. insigne febrifugum constituunt. Maxime flor. sal. ammon. non mar-tiales, sed simplices, in omnium febrium intermittantium ge-nere

nere tamquam specificum antifebrile multis efferuntur laudibus in *Commerc. Litt. Norimb. 1741. p. 183.* Qui cum MYSICHTO alumen tamquam febrifugum laudant, ejus tamen adfrictoriam vim prius correctam volunt, id calcinant, et adfuso aceto destillato in aquam resolvunt, ex qua crystallos extrahunt, quibus miras virtutes antifebriles tribuunt. Ex simplicibus succus chelidonii majoris ad aliquot guttas in vino albo ante paroxysmum propinatus et sudores eliciens, laudatur ut febrifugum in *Eph. Nat. Curios. Dec. IX. p. 59.* De radicis gratiolæ centauriodes. C. B. seu digitalis flore albo. TOVRNEF. pulvere, ad ʒʒ. quatuor horis ante paroxysmum dato narrat KRAMERVS *Com. Litt. Norimb. 1738. p. 17.* curari in Hungaria omnes febres intermittentes. CL. VERLHOFF. *Observ. de febribus p. 322.* quartanarios etiam restituit mercurio vitæ coelesti KLAUNIGII, seu antimonio vitriolato. Idemque Auctor. *Comm. Litt. Norimb. 1735. p. 98.* testatur se pulvere corticis. aurant. ad ʒj. tertia quavis hora propinato bis quartanam nondum chronicam fugasse. Tandem vera tinct. antimonii ob. balsamicum amarum et salinum principium egregium antiquarium habetur. Qui vero arsenicum album antifebrile pronunciant nebulones sunt, et homines amoris in proximum sensu penitus exuti, est enim acerrimum medicamentum ne dicam causticum venenum, quod mortales præcordiorum anxietates post se relinquit, cujusque toxica virtus quacunq; præparatione minuitur, tamen non extinguitur, adeoque funesti semper usus.

§. XXXVIII.

Circa usum corticis aliquot cautelae adhuc sunt observandæ, quas breviter enarrabimus. Qui ventriculum et primas vias sordibus oneratas habent, loco corticis in substantiâ sumti, tinctura corticis saturata sæpe repetita inservire poterit. Qui corticem in infuso vinoso commendant, aut corticem solum, aut variis stomachicis sociatum præscribere possunt, vel etiam potui ordinario. v. g. cerevisiæ infundere. Licet etiam ea corticis infusione uti, quæ sub nomine arcani

Talboriani nota est medicis, de qua videatur **IONES** in *libr. de Febr. Intermitt. pag. 227.* Experientia quoque com-
pertum est, liquores acidiusculos cum cortice feliciter exhi-
beri, quare si quis ejus usum in pulvere ad methodum **LAN-**
ZONI desiderat, per nos ipsi licebit, est autem pulvis febrif-
ugus **LANZONI** seq. ℞. sal absynth. cremor tartari ana ʒij.
pulv. chinæ. chinæ. ʒʒ. santali. rubr. ʒj. spiritus. vitriol. re-
ctif. ʒʒ. hunc spiritum affunde guttatim, pulverem agitando
spatula lignea et lento igne exsiccando. dof. est. ʒʒ. vel in-
tegra pro differentia subjectorum ex aqua card. bened. exhi-
benda. Denique qui usum corticis in substantia nimium re-
formidant, hunc enematibus excipiunt, sic monet **HELVE-**
TIVS, se clysmata ex hoc cortice in febribus feliciter adhi-
buisse, sed si dicendum, quod res est, clysteres chinati ma-
xime locum habent in infantibus tenerioribus, quibus sapor
corticis non est ad palatum. Convenit tamen huic chy-
nato clysteri præmittere alium emollientem et salinum, ut
alvus prius solvatur, deinde quoque hocce decoctum chi-
natum probe percolari debet, ne pulveris aliquid commisti
remaneat, quo in casu nimia alvi sequitur adstrictio, imprimis
sub usu clysteris iterato. Tandem corticis usus non
patitur regimen et diætam calidam, quia sanguinis rarefactio
inde nata constrictioni solidorum refragatur.

§. XXXIX.

Non ultimum in cura febris quartanæ locum habet *diæta*
in qua ordinanda medicus nihil negligat sed caute omnia exami-
net, imprimis vires ægri probe habeat perspectas, ne
nimium subtrahendo alimenti ferendo morbo impar red-
datur, hæc autem sint tenuia et facilis digestionis. Aer sit
purus, nimis exhalationibus orbatus, cum primis quod sint
ex his febribus, quæ non nisi mutato aere relinquunt
ægrum. Exercitia sint modica, animus passionibus, ira,
invidia, tristitia, liber et vacuus, e contra hilaris et facilis.

§. XXXX.

Febre superata nihil melius est ad præcavendam recidi-
vam

vam, quam exercere corpus moderato motu, equitatione, uestione etc. quo reliquæ fomitis foras amandentur. Recte hinc *CELSVS de Med. Lib. 3. Cap. 16.* ait „si febris quieuit diu meminisse ejus diei convenit, eoque vitare frigus, calorem, cruditatem et lassitudinem, facile enim revertitur, nisi a sano aliquamdiu timetur. Illis autem omnibus, qui propter vitam sedentariam his consiliis uti nec possunt, nec volunt, ad minimum confert purgatio post superatam febrem, imprimis aliquot septimanis elapsis. Scuti enim præmatura purgatio superata vix febre recidivam accelerat, sic quæ ex intervallo aliquo datur sub victu eupepto, eam certo præcavet, si lenis fuerit. Ad reliquias hujus febris referimus merito sensum fornicationis in membris, imprimis musculis femoris et pedis, sub ambulatione ingravescentibus, qui tamen tractu temporis sensim sensimque cessat.

§. XXXXI.

Denique notandum est omnes has febres intermittentes quartanas non semper regulari schemate invadere, sed sæpe sub larva febris eodem tempore epidemice grassantis exordiri, quod in se ipso ante 22. annos expertus est D. Præses Leidæ. Batavorum, qui febre sub schemate continuæ, tum temporis epidemice grassantis correptus, eam die tertio dato vomitorio transire vidit in quartanam, qua per octo solidos menses afflictatus, non nisi æstivo redeunte calore se liberatum vidit. Deinde quoque hæc chronica febris in Belgio sæpe colludit cum scorbutica humorum diatesi, ut continua gingivarum cruentatio satis docet, contra quam cortex certius quasi remedium est, quam contra ipsam febrim, quod pariter expertus est Dm. Præses, qui ex usu electuarii chinati paulopost restitutas vidit gingivas, ut proin nihil melius in scorbuto gingivarum pro pulvere dentificio possit præscribi, quam istiusmodi compositio, ubi cortex Peruvianus basin constituit.

FINIS.



Nunc age, BLVME, Viram Te siste, potentior ito
 Contra, nunc in Te mordentia tela vibrabunt
 Quotquot Apollineis sub signis castra sequuntur.
 Nunc tua Te virtus, et docta scientia rerum
 Defendent: Ostende horas non isse supinas,
 Ignavasque Tibi, non tela et tegmina defunt,
 Militat Hippocrates pro Te doctusque Galenus
 Et latere et clypeis Te praedioque tuentur.
 Non timido segnique Tibi cessare licebit,
 Nec formido decet tam forti pectore & armis
 Heroem, compefice hostes, & frange minaces
 Iras, ipse manet Te post fera bella triumphus,
 Et doctoralis cinget mox laurea crines.
 Ipse suis Phoebus tua tempora docta coronis
 Implicat, et titulos, et dat doctoris honores.
 Defere nunc orbem febris quartana, fugamque
 Matura, vires aufert tibi BLVMIVS omnes.
 Non ultra patitur faevis te corpora flammis
 Urere, lethiferosque ignes incendere venis.
 Si costae ardebunt, si viscera febris aduret,
 Ille levamen erit, notisque medebitur herbis.
 Si lumbi exlucci, pellis vix ossibus haeret,
 Intumuit flagrans si lingua affixa palato,
 Ille dabit succos fanos, flammisque necabit.
 Nec tantum febribus, sed et omni obsistere morbo
 Novit, et ex imis expellere damna medullis.
 Gratulor ergo Tibi, faveantque ut sidera cunctis
 Ausibus exopto: sic nomina clare tenebis,
 Succrescentque simul laudes, opiferque per orbem
 Diceris, herbarumque potens, ut dignus Apollo.

Hisce Praenobilissimo et Clarissimo Domino
 Doctorando prospera quaevis secutura ap-
 precatur

PRAESES.



Verfehrt



Verkehrte Sitten!

Wie sehr entwehrt ihr jetzt Hagens Priesterehruhm!
 Vordem ward dieser stolze Ruhm
 Nur erst bey grauem Haar erkritten;
 Jetzt aber trägt bereits die unerfahrene Jugend
 Dies Vorrecht funfzigjähriger Jugend.
 Sey froh, Beherrscher künftiger Staaten!
 Verbanne Sorgen und Verdruß,
 Raubt dir Europens Friedensschluß
 Das Blutgewohnte Schwert der würgenden Croaten:
 So wird ein junger Arzt durch Pulver, Tranck und Pillen
 Dein Reich, an ihrer Statt, mit Schutzz und Leichen füllen.

So schmäht Herr Camerlan,

Da Medicinens Hand, Dich, Freund! zum Tempel führet,
 Und Dein noch junges Haupt bereits mit Lorbern zieret.
 Er sieht an Kerzern bloß des Alters Länge an.
 Warum? Mist man Verstand und Wissen
 Nach den durchlebten Jahren ab:
 So ist Herr Camerlan der Deutschen Hefeulav;
 So hat er sich vorläufig der Dunkelheit entziffen.
 Hingegen muß ein Arzt die segensreichen Gaben
 Der Kunst und der Natur vereint zum Antheil haben:
 So weiß die kluge Welt von ihm nichts mehr zu sagen,
 Als daß sie diese Last seit funfzig Jahr getragen.

Machaons Schätze

Entdecken sich, bey strengem Fleiß,
 Der munteren Jugend, wie dem Greiß.
 Die Weißheit bindet sich an keine Zeitgefesse.
 Dies zeigt Dein redend Beyspiel an.
 Dein reger Geist durchstoh die vorgeschriebne Bahn
 Mit starken, unverdröfenen Schwingen,
 Um den gefesteten Preis vor andern zu erringen;
 Und sieh! Dein Eifer wird erkannt:
 Denn Medicinens Hand
 Belohnt ihn Dir mit Ehrenkränzen,
 Die um Dein würdig Haupt mit Göttern Schimmer glänzen.

Wollführ



Vollführ den Lauf,
 Dem Du bisher so treu, so rühmlich nachgestrebet.
 Je mehr man nach dem Quell verborgner Weisheit grabet;
 Je mehr schließt sie dem Blick ihr innres Wesen auf.
 Wie manch gerührtes Herz wird Deinen Eifer preisen?
 Wie mancher Greis wird Dich dem Enkel lobend weisen?
 Wie manches schöne Kind, das Du der Gruft entrissest,
 Wird Deine Hand, betränt, aus Dankbegierde küssen?
 Auf! brauche Deine Wissenschaft.
 Sie wird den Kranken den zum Reich Bethedens dienen,
 Durch dessen wundervolle Kraft
 Die fast erstorbenen aufs neu belebt erschienen.

In diesen wenigen Zeilen suchte dem Herrn Doctor zu Dessen rühmlich
 erlangten Würde Glück zu wünschen und zugleich seine tiefe Er-
 gebenheit zu bezeugen


W. Riebschläger.



Bewerf nicht meinen Wunsch an deinem Ehrentage,
 Den ich Dir Freund, gerührt, aus treuem Herzen sage.
 Bewerf nicht was mein Vers bey Deinem Fest erzwingt,
 Der Dir mein ganzes Herz in wenig Zeilen bringt.
 Dein Glück ergötzt mich. Du steigst heut zu den Stufen,
 Auf die Dich Fleiß und Kunst und Deine Triebe rufen.
 Heut wird Dein langer Fleiß zu Deiner Lust belohnt;
 Der Fleiß, der Dir, o Freund, beständig bewohnt.
 Du machst es nicht wie Ehraz, der darum promoviret,
 Daß ihn nur bald der Hut und Doctorritzel zieret;
 Du machst es nicht wie Gargil, der nach dem Titel strebt,
 Daß ihn die ganze Stadt nur bald als Arzt erhebt,
 Damit nur alles läuft das übrige Vermögen,
 Dem Doctor, der es wünscht, mit Freuden darzulegen.
 Du machst es nicht wie Star, der nur den Titel liebt,
 Weil Doris ihm alsdenn bald Hand und Herze giebt.
 Nein, nein, Dein eigener Fleiß, Dein Eifer, Dein Bestreben;
 Diß nur, diß zieret Dich, diß sieht man Dich erheben.
 Hier ist mein treuer Wunsch; Glück, Freude Ruhm und Lust,
 Sey Dir, gepriesner Freund, bis in das Grab bewußt,
 Die Vorsicht kröne Dich mit Beyfall, Ruhm und Ehre,
 Damit die Nachwelt noch Dein Lob erzählen höre.

Mit diesen wenigen Zeilen legte seinen Glückwunsch ab
 ein aufrichtiger Vetter

J. E. AB.



DA A 6545

ULB Halle 3
003 105 768




Sb.

VD 18

VD 17





DISPUTATIO INAUGURALIS
MEDICO PRACTICA

DE

FEBRE QVARTANA
INTERMITTENTE

QVAM

GRATIOSAE FACVLTATIS CONSENSV
PRAESIDE

CAROLO AVGVSTO à BERGEN

MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.

FAVTORE ET PRAECEPTORE AD VRNAM
COLENDO

DIE X. IVNII MDCCXLIX.

IN

AVDITORIO MAIORI

PRO

GRADV DOCTORIS

SVMMSIQVE IN MEDICINA HONORIBVS OBTINENDIS

PVBLICE DEPENDIT

AVGVSTVS IVLIVS BLVME,

BEROLINENSIS.

FRANCOFVRTI AD VIADRVM,
EX OFFICINA IOANNIS CHRISTIANI WINTERI,
ACADEM. REG. TYPOGR.